

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 27

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

Caput 27

Aspirationes ad Deum ob eius cha-
ritatem in Sacramento Eucha-
ristia relucens.

1. Obstupescit Domine Deus nimiam
charitatem tuam, quam nobis in Ss. Eu-
charistia Sacramento exhibes. Magna qui-
dem est charitas, de summa Majestatis Do-
minum fieri servum, ut ego ~~fiam~~ liber ^{evadā};
maior est, mori, ut ego vivam: maxima pro-
fecto, cibum et potum officii, ut tibi uniar
et in te transmuter. Ece enim semetipsum
nobis comises, et non fide tantum, verum
et ipsa re nos tuum officis corpus; Neque vero
aliud agit participatio corporis et san-
guinis Christi, quam ut in id, quod sumi-
mus transeamus. O inauditas bonitas!
O stupendus favor, hominem divina na-
tura consortem fieri, et ipsum Deum
transformari! O amantissime Deus, quid
ultra requirero, quid ultra ambire possum?
an fors mea felicior esse potest, quam ut
membru Christi, et ipse Christi efficiar.
O anima mea, ^{cul} quomodo iam non anhelas
ad hoc sacramentum, per quod datur

7 vehementerq
admiror D

S. Chryf. hom. 60

S. aug. serm. 15
de pass.

Hug. l. 3. de
anim. c. 50

tibi participare naturam Dei sicuti fer-
rum candens participat naturam ignis.
O dulcissime redemptor meus quam ma-
gna est multitudo ^{dilectionis tuae}. O sacra-
mentum amoris concede mihi, ut cor meum
totum mutetur, et emendetur per te utq[ue]
deformis haec massa ferrea & à tuo Divino
igne ardeat, induat naturam ignis, fulgeat,
ardeat, ^{et pascatur amoris tui} ~~et pascatur~~ ^{flammas suscipiat}
gloriosa tua. penitus in te liquefiat

2. Quis amor similis est illi quo me
amas o dulcissime Deus. Non pater primo-
genitum, mater unigenitum, Sponsus Spon-
sam tanto amore prosequitur, quò me co-
plexeris ~~o amarissime Deus~~. Quis enim
pater primogenitum, mater unigenitum,
Sponsus Sponsam proprio cruore pascit,
sicut tu Domine Deus, ^{me} ~~prosequeris~~ ^{reficis}. Cogi-
ta, o anima mea, qualis sis insignita honore,
quali mensa fruaris? quod angeli videntes
horrescunt, neq[ue] libere audent intueri propter
emicantem inde Splendorem. hoc nos pascimus,
huic nos unimur, et facti sumus unum Chris-
ti corpus, et una caro. Quis loquetur po-
testas Domini, audites facies omnes laudes
eius? O amorem potentissimum! o charitate

S. Chrys.
hom. 66.

43.
inestimabilem! o dilectionem ineffabilem! O
amorisissime Jesu verè de caelis descendisti,
ut ignem mitteres in terram, quis enim hanc
infinitam charitatem tuam animo revolvat,
et non totus ~~dei~~ amore tui ardeat? O ama-
bilissime Deus omnia mea tua sunt, cum
quibus et me ipsum penitus offero. O sim
totus tuus, quia tu totus vis esse meus.
3. Amor igitur Dei sanè infinitus dedit
tibi o anima mea corpus Christi in cibum,
languinem in potum, animam in pretium,
deitatem in condimentum. O Deum sui prodi-
gum! qui non solum sua, sed etiam se ipsum
impendit, et dum se ipsum dat, omnia tribuit,
ab ipso enim, et per ipsum, et in ipso sunt
omnia. ~~Certe in hoc dono manifestum fit~~
~~Quis iam eius infinitu erga nos amorem in dubiu trahat?~~
~~quod nos Deus infinito ~~erga nos~~ amore pro-~~
~~sequatur.~~ Cum enim sit omnipotens, plus da-
re non potuit, cum sit sapientissimus, plus
dare nescivit, cum sit ditissimus, plus dare
non habuit. Quid vicissim o anima mea
retribuemus Domino pro omnibus, quae re-
tribuit ~~vixi~~ nobis? Scio dulcissime Deus,

S. aug. tr.
84 in Joan.

quod amor non nisi amore rependatur; Ex
igitur cor meum, quod tuo amori conse-
cro; cupio enim tibi semper manere uni-
tus per actualem tui memoriā, jugem di-
lectionem, perpetuos amplexus. Vivam ego,
gal. 2. iam non ego, vivat verò in me Christus

Caput 28.

Aspirationes ad Deum ob eius amorē
in beneficiis particularibus
relucentem.

1. Dulcissime Deus quā magna est ~~est~~ tua
erga me charitas, qui ut filius tuus fieri possem,
non inter Furias, aut Gentiles, sed inter fideles
tuos nasci me voluisti. ~~Deus~~ ^{Deus} ~~Quam~~ ^{Quam} ~~amantissime~~
~~Deus~~ ^{Deus} quid mihi profuisset beneficium creatio-
nis, si ^{si} positus inter ~~paganos~~ ^{paganos} abissem in viam
perditionis? ^{19.} ~~Quam~~ ^{Quam} magna est misericordia tua
super me; nam ecce innumeros ferme homines
in tua infidelitate reliquisti, me autem nul-
lis praecepsis meritis ^{deus} ~~assequifisti~~ ^{assequifisti}, ac posuisti
in numero filiorū Ecclesiae dilectae Sponsa tua,
qua mihi tui cognitionem instillavit, et te Dōi,
creatorem, redemptorem, ac patrem meum reve-
renter docuit. O amabilis Deus, quid pro hac
gratia retribuam, quā mei tam gratuito di-
gnatus es recordari? Quomodo tui posthac obli-

7. O amantiss.
me Deus

faci invocare